UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingae, Anno M.DC.LXXXX.

Titvlvs XLII. De Baptismo & ejus effectu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61687

Visual Library

ciat polluitur, & violatur regulariter ijsdem modis, quibus Ecclesia polluitur, violatur & reconciliatur, ita tamen, ut pollutâ Ecclesiâ censeatur etiam pollutum coemeterium, si contiguum Ecclesiæ sit, non autem, si sit separatum, cùm in illo casu habeatur, ut accessorium, consequenter polluto principali censetur & ipsum pollutum *c. si Ecclesiam unico h. t. in 6.*

TITVLVS XLI.

DE CELEBRATIONE MISSARUM, ET SACRAMENTO EUCHARISTIÆ ET DIVINIS OFFICIIS.

QUæ in hoc titulo pluribus capitulis deciduntur, rectius ex rubricis Missalis, & Breviarij, ac Theologia peti possunt.

TITVLVS XLII.

DE BAPTISMO ET EJUS EFFECTU.

VIdeatur de materia hujus tituli Theologia moralis.

TITVLVS XLIII.

DE PRESBYTERO NON BAPTIZATO.

NOn baptizatus baptismo fluminis salvari potest, per baptismum sanguinis, aut flaminis, ordinari tamen validè non potest, juxta hujus tituli decisiones; & hinc, si ordinatus aliquis fuit, & postea innotescat baptizatum eum non fuisse, baptismo fluminis, baptizari hoc baptismo debet, & denuo ordinari, quia prior ordinatio, non baptizato, bonâ quidem fide collata, invalida tamen fuit, ut habetur *in c. 1. & 3. h. t.*

TITVLVS